Flamma fumo proxima. *Proximus egomet mihi.*
Res pueris grata. *Bellum dulce inexpertis.*

Cum ACCUSATIVO.

Longus, *Latus*, *Altus*, *Crassus*, Accusativum, sæpius, quàm Ablativum, recipiunt.

Die Adjectiva, so eine Länge/Breite/Höhe und Dicke bedeuten / nehmen gemeiniglich zu sich einen Accusativum, ut:

Ho-

Homo ſeptem pedes longus.
Baculus cubitum longus.
Foſſa quinos pedes lata.
Caulis unum palmum altus
Liber craſſus tres digitos.

Cum ABLATIVO.

1. Adjectivum adſciſcit Ablativum, ſi aptè quæri poteſt: *Cur*, *quare*?

Das Adjectivum nimmet zu ſich einen Ablativum, wenn man fragen kan: Womit/ wovon/ wodurch/ woraus/ worin/ woran/ warumb? ut:

Deteriores omnes ſumus licentiâ.

Laſſus curâ. *Feſſus curſu labore.*
Lætus honore. *Curis ingentibus æger.*
Promtus manu. *Enſe validus.*
Æger oculis, pedibus. *Crine ruber.*

II.

Comparativi adſciſcunt Ablativum, qui exponitur per particulas: *Quam*, *ac*, *atque*.

Ein Comparativus hat einen Ablativum nach ſich/wenn darauff folget: als oder deñ/ ut:

Puer doctior viro, id eſt: quàm vir.
Res melior auro, id eſt: quàm aurum.
Mors turpior vita, id eſt: quàm vita.
Fœmina fortior viro, id eſt: quàm vir.

III.

Die Adjectiva, wie auch die Verba Copiæ und Inopiæ (welche einen Uberfluß oder Mangel bedeuten) nehmen zu sich einen Genitivum oder Ablativum, ut:

Dives pecoris. Dives agris. Dives positis in fœnore nummis.

Inops amicorum. Inops verbis.

Cantharus plenus vini vel vino.

Abundo pecuniâ. Affluo divitis.

Eget consolatione & consolationis.

Also auch die Adverbia: *Sat, satis, abunde, affatim, Partim, partim* nehmen zu sich einen Genitivum, als:

Satis eloquentiæ, sapientiæ parum.

Tibi divitiarum affatim est. Satis verborum.

IV.

Opus von nöthen / plerumque Ablativo, rarius Nominativo jungitur, ut:

Ubi rerum testimonia adsunt, non *opus est verbis.* Cic.

Hic opus est nummis. Opus est mihi veste. Dux & auctor nobis opus est.

DE CONSTRUCTIONE PRONOMINUM.

I.

Relativum cum antecedente Substantivo necesse est *Genere* & *Numero* consentire; *Casu* non

non semper convĕnit; nam is sequenti voci (*Nomini, Verbo, Præpositioni*) respondet, à quâ regitur.

Das Relativum *Qui, Quæ, Quod*, muß zwar mit dem vorhergehenden Subſtantivo im Genere und Numero übereinkommen; aber im Caſu kömmet es nicht allezeit überein / ſondern richtet ſich nach dem folgenden Worte / von welchen es regieret wird / als:

Grātæ mihi fuerunt literæ, quas *à te accepi.*
Nulla fides pietasq; viris, qui *caſtra ſequuntur.*
Accipio excuſationem: quâ *uſus es.*

II.

Interrogativum, & Redditivum caſu convenire debent.

In welchen Caſu man fraget / in demſelbigen muß man auch antworten / als:

Quis *hoc fecit?* Petrus.
Cujus *eſt liber?* Petri.
Cui *donâſti hunc librum?* Petro.
Quem *vocas?* Petrum.
A quo *emiſti hunc librum?* à Petro.

III.

Eſt verò, ubi alio caſu reſpondendum eſt. Bißweilen aber muß man in einem andern Caſu antworten / als:

Cujus eſt liber? meus, tuus.
Quanti emiſti hunc librum? Tribus aſſibus.

DE

DE CONSTRUCTIONE VERBI.

NOMINATIVUS cum Verbo.

I.

Nominativus præcedit Verbum personale finitum simili Numero & Personâ, cujus Quæstio est: *Quis?* Wer?

Für dem Verbo finito gehet ein Nominativus her / wenn man kan fragen: Wer? als: *Ego amo te. Tu doces me. Pater amat te. Præceptor legit. Sol lucet. Virgo canit.*

(Der Infinitivus stehet auch bißweilen an stat des Nominativi, als: Tacere laudatur. Mentiri vituperatur.

II.

Utimur verbis primæ & secundæ personæ dissimulatis fere Pronominibus *Ego*, *Tu*, *Nos*, *Vos*.

Jedoch wird in Primâ und secundâ persona der Nominativus, *Ego*, *Tu*, *Nos*, *Vos*, offt ausgelassen / *ut*:

Dum spiro, spero. Præterita mutare non possumus.

III.

Verba Substantiva præcedunt & sequuntur Nominativi.

Sum und *Fio* haben vor sich und nach sich einen Nominativum, als:

Senes sunt bis pueri.

Parsimonia est magnum vectigal.

Ira

Ira furor brevis est.
Liberi parentum disciplinâ fiunt meliores.
Verecundia est maximum ornamentum pueritiæ.

Also auch:

Evado, Maneo, Existo, Nascor; item: Verba Passiva Nuncupandi, Existimandi, Cognoscendi; Item: Quibus *status* vel *gestus* aliquis significatur, utrinq; Nominativum habent, ut:

Tu evades aliquando vir doctus.
Tu non mansisti constans in fide.
Tullia nata erat homo.
Ego videor tibi doctus.
Tu sæpe falsus repertus es.
Stat erectus. Sedet tacitus. Dormit securus.
Bibo jejunus. Jacet supinus.
Ille vivit miserrimus.
Boni moriuntur læti.

GENITIVUS cum Verbo.

Verbum adsciscit Genitivum, si aptè quæri potest: *Cujus?*

Das Verbum nimmet zu sich einen Genitivum, wenn man fragen kan: Wes? ut:

Hic liber est mei Patris.
Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus.
Vivorum memini, nec mortuorum possum
Semper tui meminero. (*obliviscî.*

Re-

Recordare pueritiæ.
Accúſo te furti.
Cur me inſimulas avaritiæ?
Miſeret me tui.
Pœnitet me hujus rei.
Pudet me tui.

Excipe:

Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter, Cujus, a, um, ſtehen bey dem Verbo, *Sum* oder *Fio* in gleichem Caſu mit dem vorhergehenden Nominativo, als:

Hic pileus eſt meus.
Hæc penna eſt mea.
Hoc pallium eſt meum.

II.

Die Verba Æſtimandi damit man etwas gering oder hoch achtet / als: *Æſtimo*, *Duco*, *Facio*, *Habeo*, *Pendo*, *Puto*, *Sum* pro *Æſtimor*, nehmen zu ſich dieſe Genitivos: Tanti, quanti, magni, maximi, plurimi, parvi, minoris, minimi, aſſis, pili, teruntii, nauci, flocci, nihili, hujus &c. als:

Tanti eris aliis, *quanti* tibi *fueris.*
Homines *magni æſtimant* divitias; artes autem *parvi æſtimantur.*
Quis non *pluris æſtimaret* virtutem, quàm Pecuniam?

DA-

DATIVUS cum Verbo.

Verbum adſciſcit Dativum, ſi aptè quæri poteſt: *Cui?*

Das Verbum nimmet zu ſich einen Dativum, wenn man fragen kan: Wem? ut:

Do amico librum,	*Obſequor Præceptori.*
Inſervio Reipublicæ.	*Pareo monitis tuis.*
Ago tibi gratias.	*Habeo tibi gratiam.*
Debeo tibi pecuniam.	*Refero tibi gratiam.*
Noceo nemini.	*Suum cuique tribuo.*
Omnibus placeo.	*Ægris Medeor.*
Majori cedo.	*Minori parco.*
Succenſeo tibi.	*Succurro laborantibus.*

Excipe:

Juvo, Adjuvo, Adjúto, Celo, Sequor, Imitor, Decet, Dedecet, haben einen Accuſativum, als:

Juvo amicos. Non multum juvo hæredes.
Celo te culpam. Imitare bonos.
Malus eſt miles, qui Imperatorum gemens ſequitur.
Oportet me facere, quod me decet, & interà mittere, quod me dedecet.

NOTA.

Folgende Verba: Parco ich ſchone, Benedico ich ſegne, Maledico ich fluche, (läſtere) Perſvadeo ich berede, Nubo ich freye (einen Mann) Arrideo ich lache an &c. haben einen Dativum, ob ich gleich im Teutſchen nicht frage: Wem?

II.

Die Compoſita mit den Præpoſitionibus: *Ad, ante, con, de, in, inter, ob, præ, poſt, re, ſub,* und *ſuper*, haben einen Dativum, als:

Interſum concioni. *Præeſt officio.*
Remedia adhibentur vulneribus.
Præmia virtuti propoſita ſunt.
Omnia mandato DEI poſtponito &c.

Eſt Pro *Habeo* Dativum adſciſcit, ut:

Eſt mihi pecunia. Ich habe Geld.
Sunt nobis libri. Wir haben Bücher.
An neſcis, longas Regibus eſſe manus.

IV.

Sum, Duco, Do, Verto, Tribuo, Habeo nehmen bißweilen zweene Dativos zu ſich / als:

Sum tibi impedimento. *Duco mihi honori.*
Do tibi hoc vitio. *Hoc tibi datur laudi.*
Studia ſunt mihi curæ & cordi.

ACCUSATIVUS cum Verbo.

Verbum adſciſcit Accuſativum, ſi aptè quæri poteſt: *Quem* vel *Quid?*

Das Verbum nimmet zu ſich einen Accuſativum, wen man fraget: Wen oder Was? ut:

Time DEum. *Pauca in convivio loquere.*
Magiſtratum metue. *Parentes ama.*

Ne-

Neminem irriſeris. Rem tuam cuſtódi.
Aleam fuge. Meretricem fuge.
Conjugem ama. Minorem te non contemſeris.
Liberos erudi. Aliena concupiſcere noli.
Iracundiam tempera. Patere legem, quam ipſe tu-
Cognatos cole. Verecundiam ſerva. (leris.
Libros lege. Noſce teipſum.
Literas diſce.

Excipe:

Utor, Fruor, Fungor, Potior, Veſcor haben bey ſich einen Ablativum, als:

Utor amico. Veſcor lacte, caſeo, carne.
Potior imperio. Fungor officio meo.
Fruor præſentibus. Utor amicis. Abutor opibus.

Nota:

Fungor, Potior, Veſcor haben bisweilen auch einen Accuſativum; *Potior* aber auch einen Genitivum, ut: *Potiri rerum, oppidi.*

II.

Etliche Verba Neutra nehmen zu ſich einen Accuſativum eines ſolchen Nominis, welches mit ihnen eine Verwandſchafft hat / oder von denſelben herkommt / als:

Currit curſum. Servio ſervitutem.
Vivo vitam privatam. Ich führe ein einſam Lebē.
Ludit luſum. Olet unguenta &c.

III.

Etliche Verba Activa haben einen doppelten Accusativum, als:

Doceo pueros bonas literas.

Celo te hanc rem. *Rogo te hoc beneficium.*

NOTA: Die Verba so einen doppelten Accusativum haben, sind folgende: *Doceo, edoceo, erudio, moneo, admoneo, rogo, exoro, posco,* (welche 8. auch in Passivo den einen Accusativum behalten) *celo, interrogo, flagito, reposco, consulo, nuncupo, apello, dico, nomino, prædico, existimo, habeo, puto, judico, renuncio, cognosco, deprehendo, facio, præsto, prabeo, do, adjungo, sumo, capio, cupio, volo, constituo, exigo, precor, obsecro, reddo, efficio, censeo, designo, declaro, eligo, &c.*

Etliche aus diesen haben an stat des einen Accusativi auch bißweilen einen Ablativum mit der Præposition, als:

Interrogo te hanc rem, & de hac re.

ABLATIVUS cum Verbo.

Verbum adsciscit Ablativum, si aptè quæri potest: *Cur* vel *Quare*, *Quomodo.*

Das Verbum nimmet zu sich einen Ablativum, wenn man fraget: Warumb/worvon/wordurch/ wormit/ woraus/ woran?

Worumb?

Lætor incolumitate tuâ.

Odérunt peccare boni virtutis amore.

Odérunt peccare mali formidine pœnæ.

Worvon/ Wordurch?

Concordiâ res parvæ crescunt, discordia magnæ dilabuntur.

Du-

Durant virtute parata.
Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.

Wormit?

Hiſce oculis egomet vidi.
Cædere aliquem virgis, baculo.
Feriunt illum gladio.
Virtus ſudore paranda eſt.
Afficio te honore, moleſtiâ, beneficiis.
Piſces capiuntur hamo.

Woran?

Laborare pedibus, oculis, morbo.
Totâ mente atque omnibus, artubus contremiſco.
Nos animo duntaxat vivimus.

II.

Paſſivorum proprius caſus eſt Ablativus cum Præpoſitione A vel Ab.

Auff die Frage: Von wem etwas geſchicht/ folget ein Verbum Paſſivum mit der Præpoſition *A* oder *Ab*, ut:

Laudatur ab his, culpatur ab illis.
Diligor à matre. Vapulo à Præceptore.
Magnificor ab omnibus.
Impii damnabuntur à DEO.
Miſerum eſt ab illo lædi, de quo quæri non poſſis.

Nota: Bißweilen haben die Paſſiva bey ſich einen Dativum an ſtatt des Ablativi. *Videor* aber, wenn es heiſt, es düncket mich, es ſcheinet, kömmt mir vor, es hat das Anſehen, nimmt allezeit einen Dativum zu ſich.

III.

Ad Quæstionem: *Quanti?* respondetur per Ablativum.

Das Geld oder Werth eines Dinges stehet in Ablativo, wenn es heist umb / als:

Emo: *Quanti emisti hunc librum? Tribus florenis*, umb drey Gülden.

Meus Pater heri emebat mihi par calceorum dimidio thaléri.

Quanti emptæ sunt hæ pennæ? Parvo. Quanti ergò? Tribus nummis.

Carissimè constat, quod precibus emptum est.

Ego spem pretio non emo.

Vendo: *Vendidit hic auro patriam.*

Viginti talentis unam orationem Isocrates vendidit. Ein Talent sind 600. Kronen.

Bibliopóla vendebat hunc librum semisse thaleri, umb einen halben Thaler.

Non vendendum est auro, quod auro redimi non potest.

Veneo, Ich werde verkaufft. *Quibus hîc pretiis porci veneunt?* Was gelten hier die Schweine?

Triticum magno veniit.

Gallinæ Africanæ veneunt propter penuriam magno, werden theur verkaufft / weil ihrer wenig seyn.

Sic:

Sic: Redimo, ich verkauffe oder mache loß.
Mercor, ich kauffe.
Stat, conſtat, es ſtehet oder koſtet.
Condúco, ich miete / ich dinge.
Loco, ich vermiete.
Liceo, ich bin feil / ſtehe feil / oder bin feil geboten umb Geld.
Liceor, ich biete darauff.
Item: Licitor, ich biete darauff.
Taxo, Æſtimo, Puto, Judico, ich ſchätze.

IV.

Ad Quæſtionem *Quando* reſpondetur per Ablativum.

Auff die Frage: Wann? folget ein Ablativus, ut: *Quando id factum eſt? Hoc anno, ſuperiori menſe, hac ſeptimana, his proximis diebus, heſterno die.*

Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egére (liceat,
Multâ nocte ſe in caſtra recepit.
Horâ primâ redibo.
Nocte latent colores.
Vigilate, quia neſcitis, quâ horâ Dominus venturus ſit.

V.

Ad Quæſtionem: *Quamdiu?* reſpondetur per Accuſativum frequenter, rariùs per Ablativum.

Auff die Frage: Wie lange? folget gemeiniglich ein Accusativus, bißweilen auch ein Ablativus, ut:

Quamdiu fuisti hîc? Biduum, duas horas.
Septimum jam diem hîc teneor.
Trebonio multos menses utor familiariter.
Quis est tam senex, qui se annũ non putet vivere?
Totis, Galle, jubes tibi me servire diebus. Martial.
Triginta annis vixit Panætius. Cic.
Novem annis Rempublicam gesserat.
Tribus ferme horis pugnatum est.

Nota:

Bißweilen wird auff die Frage: Wie lang? auch die Præpositio, *Ad*, *Per*, *In* oder *Intra* zum Accusativo gethan/ ut:

Vigilavi ad multam noctem.
Hanc regionum ego multos per annos magnâ diligentia defendi,
Invicti Germani intra annos quatuordecim tectum non subierunt.
Præsidia sunt in multos annos prævisa.

VI.

Ad quæstionem: *Quàm longè* seu *Quàm procul?* respondetur per Accusativum & Ablativum.

Auff die Frage: wie weit oder wie fern? folget ein Accusativus und Ablativus, ut:

Cum

Cum Accusativo.

Lubeca distat Rostochio quindecim milliaria.
Cum abessem ab Cumano iter unius diei.
Cum reliquæ regiones magnum spatium abessent.
Civitas ea longè opulentissima fuit sita passus fermè mille à mari.
Pontes duo inter se distantes passum millia quatuor.
Pedem à Villâ adhuc egressi non sumus.
Digitum progrĕdi non possunt.
Negat se à te pedem discessisse.
In omni vitâ suâ quemque à rectâ conscientiâ transversum unguem non oportet discedere.
Si tu ex isto loco digitum transversum aut unguem latum excesseris.

Cum Ablativo.

Hic locus æquo ferè spatio à castris aberat.
Bidui spatio abest ab eo.
Nec longis inter se passibus absunt. Virgil.
Castra Cleopătræ non longo spatio ab ejus castris distabant. Cæs.

VII.

Verba *Memoriæ* & *Oblivionis* adsciscunt Genitivum, vel Accusativum (vel Ablativum cum Præpositione *De*) ut:

Recordor, hujus rei, hanc rem & de hac re.
Reminiscor præteritorum, præterita & de præteritis.

Die Verba so ein Gedächtniß und Vergessenheit bedeuten nehmen zu sich einen Genit. Accusat. oder Ablat.

 Nota:

NOTA: Verba Memoriæ und Oblivionis ſind: *Memini, recordor, reminiſcor, obliviſcor, admoneo, commoneo, commonefacio &c.*

VIII.

Quædam Verba adſciſcunt caſum Præpoſitionis, cum qua componuntur, ut:

Adeo Patrem. *Prætereo villam.*
Abſum domo. *Pedem porta non extulit.*

VERBA CUM NOMINIBUS LOCORUM.

I.

Urbium Nomina ſine Præpoſitione verbis adjunguntur Ablativo Caſu ad Quæſtionem: *Qua & Unde?*

Die Nomina Urbium ſtehen im Ablativo, wenn es heiſſet Durch oder Von/ ut:

Quâ ibis? *Româ, Carthagine, Athenis, Hieroſolymis, Gadibus,* (*per locum*) Durch.

Unde venis? *Româ, Carthagine, Venetiis, Hieroſolymis, Athénis, Roſtochio, Gadibus,* (*de loco*) Von.

II.

In LOCO ſignificant primæ & ſecundæ Declinationis Singularia Genitivo; tertiæ verò Declinationis & Pluralia tantùm, Ablativo Caſu.

Ein Nomen Urbis *ſingulare primæ* oder *ſecundæ*

cundæ Declinationis stehet im Genitivo: Das aber *tertiæ Declinationis* ist / oder *in Plurali* allein declinirt wird / stehet im Ablativo, wenn es heisset Zu oder in Loco (oder wenn man fraget: Wo?) als:

Ubi es? *Romæ, Lubecæ, Rostochii, Luneburgi, Carthagine, Athenis, Hierosolymis*, Zu oder In.

Ubi hoc factum est? *Lipsiæ, Romæ, Lubecæ, Rostochii, Carthagine, Venetiis, Gadibus*, Zu oder In.

III.

Ad LOCUM significat Accusativus.

Wohin oder an einem Ort bedeutet ein Accusativus, ut:

Quo tendis? *Proficiscor Lubecam, Lipsiam, Athenas, Carthaginem, Gades, Parisios*, ich ziehe nach oder gen. Sic: *Eo, Migro, Navigo, Lubecam.*

IV.

Propria Civitatum imitantur & hæc Appellativa: *Domus, Rus, Humus, Belli & Militiæ.*

Domus, Rus, Humus, Belli und *Militiæ* werden auch fast gebrauchet wie die *Nomina Urbium*, ut: *Sum domi. Eo domum. Venio domo. Sum ruri vel rure. Eo rus. Redeo rure. Jacet humi. Procumbit humi. Tollitur humo. Sumbelli, militiæ*, tantum dicitur.

V.

Nominibus *Regionum* & *Insularum* Præpositiones adduntur, sicut *Appellativis.*

Die *Nomina Regionum* und *Insularum* haben bey sich einen *Præpositio* mit ihrem *Casu*, ut:

Fui in Italiâ, in Cypro, in curia, in urbe.
Eo in Italiam, in Cyprum, in curiam, in urbem.
Venio ex Italia, ê Cypro, ê curia, ex urbe.

DE INFINITIVO.

I.

Cum duo Verba conjunguntur absque Conjunctione, alterum est Infinitivi modi.

Wenn zwey *Verba* bloß ohne *Conjunction* zusammen kommen/ so sol das hinterste im *Infinitivo* stehen/ als:

Cupit vidêre. Conatur efficĕre. Possum tacêre. Audeo dicere. Disco legere. Nescio scribere.
Imprŏbus est homo, qui beneficium scit sumere, & reddere nescit. Plautus.
Felix, qui potuit rerum cognoscere causas. Virgil.

NOTA.

Wenn aber das vorgehende Verbum ein solches ist, da das *Motum ad locum*, eine Bewegung nach einem Ort, bedeutet (als da sind: *Eo, venio, vado, proficiscor, curro &c.*) so muß das folgende Verbum nicht im Infinitivo, sondern im Supino in UM stehen (welches man doch auch variiren kan mit dem Gerundio oder dem Futuro in DUS, auch mit dem Futuro in RUS,) als:

Iuis

Ivit emtum libros.
Ivit ad (*emendum* / *emendos*) *libros.*
Ivit (*libros emendi* / *librorum emendorum*) *causa.*
Ivit emptum libros.

II.

Post Verba *Sensuum* & *Affectuum* plerumq; sequitur Accusativus cum Infinitivo, qui resolvi potest in Nominativum & Conjunctivum adjectâ particulâ Quòd.

Wenn vorher stehet: Ich hoffe / ich höre / ich sehe / ich weiß / ich achte / ich gläube / ich sage / und dergleichen / so folget gemeiniglich ein *Accusativus* mit dem *Infinitivo*; und kan hernach der *Accusativus* geändert werden in *Nominativum*, der *Infinitivus* aber *in Conjunctivũ*, zu welchen auch das Wörtlein *Quòd* gesetzet wird / ut:

Spero te esse bonum, id est: quòd tu sis bonus.
Audio te esse doctum, id est: quòd tu sis doctus.
Video te esse mœstum, id est: quòd tu sis mœstus.
Scio meas literas à te lectum iri, id est: fore, ut literæ meæ à te legantur.
Puto te post hàc futurum esse cautiorem, id est: quòd tu futurus sis cautior.
Credo meas literas à te lectas esse, id est: quod literæ lectæ sint.

Verba sensuum sunt: *Opinor, Puto, Suspicor, Audio,*

dio, Video, Sentio, Animadverto, Discо, Cognoscо, Scio, Intelligo, Experior, Ostendo, Significo, Credo, Censeo, Existimo, Judico, Decerno, Constituto, Dico, Affirmo, Ajo, Nego, Memini, Reminiscor, Recordor, Obliviscor &c.

Verba affectuum sunt: *Gaudeo, Lætor, Spero, Confido, Ægrè fero, Doleo, Miror, Mirum est, &c.*

III.

Der Casus, so auff den Infinitivum *Esse, Fieri*, oder desgleichen folget / muß überein kommen mit dem Casu, welcher vor dem Infinitivo hergehet / als:

Cato malebat *esse bonus*, quàm *videri.*
Audio *te esse* aut *fieri diligentiorem.*

DE VERBIS IMPERSONALIBUS.

I.

INTEREST und REFERT, es ist daran gelegen / (wie auch das Verbum EST, wenn es heist: es stehet zu / es gebühret /) haben einen Genitivum, als:

Interest (*refert*) *Patris*: *Interest Reipublicæ.*
Est adolescentis. *Est juvenum.*

NOTA.

Die Pronomina Possessiva stehen bey den Verbis *Interest* und *Refert* in Ablativo Casu, in Genere Fœminino: Bey dem Verbo *Est* aber in Nominativo Casu, in Genere Neutro, als:

Est

Et tua & mea interest.
Tua quod nihil refert, percontari desinat.
Tuum est, Es stehet dir zu. *Nostrum est &c.*
(*Quanquam in his elliptica est locutio.*)

II.

Miseret, Miserescit, Piget, Pœnitet, Pudet, Tædet regunt Accusativum Personæ cum Genitivo vel Infinitivo, ut:

Miseret me tui. *Piget me laboris.*
Pœnitet me peccati, vel *peccâsse.*
Tædet me vitæ, vel *vivere.*

III.

Accidit, Constat, Contingit, Convenit, Evenit, Expedit, Libet, Licet, Liquet, Vacat & similia, Dativum adsciscunt, ut:

Non omnibus contingit. *Mihi non satis constat.*
Nunc mihi non vacat &c.

DE GERUNDIIS SUPINIS ET PARTICIPIIS.

I.

Gerundia & Supina in UM, & Participia, post se gerunt casus suorum Verborum.

Die *Gerundia* und *Supina in UM* und *Participia* haben nach sich den *Casum* ihres *Verbi*, als:

Venio ad salutandum amicos.
Venio salutatum amicos.
Venio salutaturus amicos.

Amans

Amans DEum. Accusatus furti.
Juvans consilio, operâ.
Consulens amicis.

DE ADVERBIO.

I.

Adverbia subjiciuntur *Verbis*, *Participiis*, *Nominibus*, item aliis *Adverbiis*, ad explicandas eorum circumstantias.

Die Adverbia werden gemeiniglich zu den Verbis, doch auch bißweilen zu andren Partibus Orationis gesetzet / die Umstände oder Beschaffenheit derer Dinge anzudeuten / ut:

Festina lentè. *Expectans avidè.*
Insigniter impudens. *Egregiè doctus.*
Mulier admodum anus. *Valdè benè.*

II.

NE *Adverbium prohibendi* Conjunctivo rectius, quam Imperativo additur, ut:

Ne jures & ne jura.
Ne dicas, facias. *Ne dic, ne fac.*
Ne indulgeas otio.

III.

Duæ negationes apud Latinos in una eademque clausula affirmant, ut: *Non nescio, non sum nescius, non ignoro.* Ich weiß es gar wol. *Nemo non videt.* Ein jeder siehet es.

DE CONJUNCTIONE.

I.

Conjunctio aut similes dictiones (casus, tempora & modos) conjungit, aut orationem orationi attexit.

Die Conjunctiones hängen gleiche Wörter/ auch wol gantze Reden an einander/ ut:

Nox & amor vinumquè nihil moderabile svadent.

Vir innocentissimus idemquè doctissimus, (non: doctus)

Ubi is venerit atquè intellexerit, (non: *intelliget.*)

II.

Verbis *Petendi, Monendi, Jubendi, Metuendi, Faciendi,* & quibuscunque *Voluntatem, Facultatem,* aut *Contingentiam* aliquam significantibus; item *Intendendi particulis: Ita, Sic, Adeò, &c.* subjicitur UT conjunctio causalis cum Conjunctivo.

Wenn vorher stehet: Ich bitte/ ich vermahne/ ich befehle/ ich fürchte/ ich thue/ ich will/ &c. Item: so sehr/ so groß/ so offt/ so viel/ &c. so folget UT mit dem Conjunctivo.

III.

Post Verba Dubitandi: *Intermittere non possum, facere non possum, &c.* sequitur QVIN cum Conjunctivo.

Wenn

Wenn vorher stehet: es ist kein Zweiffel/ ich zweiffele nicht/ ich kan es nicht unterlassen/ und dergleichen/ so folget Quin mit dem Conjunctivo.

IV.

Post Verba Timendi: *Metuo, Timeo, Vereor, periculum est, sollicitor*, UT & NE NON negativè significant, NE verò affirmativè. Wenn vorher stehet: Ich fürchte/ ich habe Sorge/ es ist zu besorgen/ so heissen die darauff folgende Conjunctiones UT und NE NON daß nicht/ NE aber daß/ als:

Vereor, ut possis hoc præstare
vel: } ich habe Sorge/ daß du dieses nicht thun könnest.
Vereor, ne non possis hoc præstare

Vereor, ne deseras me. Ich habe Sorge/ daß du mich verlässest.

Periculum est, ne fiat. Es ist zu besorgen/ daß es geschehe.

V.

Conjunctiones Causales UT NE, QUO, QUIN Conjunctivum adsciscunt, & quidem: Si præsens vel Futurum præcedit, sequitur Præsens Conjunctivi.

Si verò Præteritum præcesserit, Imperfectum Conjunctivi sequitur.

Die

Die Conjunctiones UT, NE, QVO, QVIN haben einen Conjunctivum.

Und wenn ein Præsens und Futurum vorher gehet/ so folget das Præsens Conjunctivi.

Wenn aber ein Præteritum vorher gehet/ so folget das Imperfectum Conjunctivi, ut:

Rogo te, ut hoc facias.
Rogabo patrem, ut mittat mihi libros.
Patior, ut potiar.
Non dubito, quin hoc intelligas.
Non possum facere, quin ad te scribam.
Rogabam
Rogavi } *te, ut ad me venires.*
Rogaveram
Sæpe hortatus sum te, ne faceres hoc.
Non dubitabã, quin mihi rescripturus esses.
Intermittere non potui, quin te certiorem facerem.

NOTA: UT und NE werden offt per Ellipsin ausgelassen, als: *Sine videam, i. e. ut videam. Velim cogites; i. e. ut cogites. Cave dixeris, i. e. ne dixeris.*

VI.

Quamvis, licet, utinam, ô si und alle Frag-Wörter/ wenn sie nicht fragen/ nehmen zu sich einen Conjunctivum.

VII.

Cum wenn (ut & *ubi, simul, simulac, simul ut,*

simulatque) adsciscit Indicativum & Futurum Conjunctivi, als:

Cum Audio, vel audivi, aliquem ad te ire, literas ei dare soleo.

Cum audiam. *Cum audivero.*

Ubi voles vel *volueris, ad te veniam.*

VIII.

CUM Als vel Da ~~adsciscit~~ Imperfectum & Plusquamperfectum Conjunctivi, ut:

Cum frater tuus veniret, ego aderam.

Cum ad te scripsissem, accipiebam literas tuas.

IX.

CUM pro Quoniam Dieweil habet Conjunctivum Præsentis aut Perfecti Temporis, ut:

Cùm rectè vivas, ne cures verba malorum.

Cùm satis maturè acceperis meas literas, debuisses etiam respondére.

X.

~~Si, sin, siquidem, ni, nisi modo~~ Indicativum, ~~bald modo~~ Conjunctivum ~~adsciscunt~~, ut:

Si voles. *Si volueris.*

Nisi facies. *Nisi feceris.*

DE PRÆPOSITIONE.

I.

Præpositio inservit suo casui.

Accusativo, ut:

Eo ad Patrem. *Ante lucem surgo.*
Ante tempus venio *Sum apud forum, &c.*

Ablativo, ut:

Venio à Patre. *Sto præ foribus.*
Vana est sine viribus ira.

II.

In, sub, super und *subter* nehmen zu sich einen Accusativum, wenn man fragen kan: Wohin? Einen Ablativum aber / wenn man fragen kan Wo oder Worin? als:

Venio in ludum. *Eo in templum.*
Disco in ludo. *Fui in Schola, Templo.*
Extat in libro &c.

DE INTERJECTIONE.

O exclamantis & *Proh* indignantis Nominativum, Accusativum & Vocativum admittunt, ut:

O consvetudo peccandi!
O rem homine Christiano indignam!
Proh Dii immortales!
Proh DEûm atque hominum fidem!

DE DISTINCTIONIBUS.

Quot sunt Notæ Distinctionum?

Novem:

1. Comma *seu virgula* (,) /
2. Colon *sive duo puncta* (:) :

3. Semicolon *sive comma & punctum* (;)
4. Punctum finale. (.)
5. Interrogationis signum (?)
6. Exclamationis signum (!)
7. Parentheseos signum ( )
8. Diæreseos signum (¨)
9. Connectendi signum, *quod Græcis ὑφὲν* dicitur (-) *ut semper-lenitas.*

Obſervationes aliquot ad Orthographiam ſpectantes.

I. Duplices ſunt figuræ literarum: Majuſculæ (groſſe Buchſtaben) *ut*: A, B, C, D, &c. & Minuſculæ (kleine Buchſtaben) *ut*: *a, b, c, d, &c.*

II. Nova periodus à majuſcula litera ſemper eſt inchoanda. Ein neuer Vers muß allezeit mit einem groſſen Buchſtaben angefangen werden.

III. Nomina propria, item *Nomina officiorum, dignitatum, artium, feſtorum &c. majuſculis literis ab initio ſcribuntur.* Alle Nahmen und Ehren Nahmen &c. werden mit einem groſſen Buchſtaben angefangen / ut: *Petrus, Conſul, Doctor, Grammatica, Pentecoſte.*

IV. Conſonantes, quæ in principio conjunguntur welche im Anfange eines Wortes beyſammen ſtehen / (*quales ſunt*: *bd, bl, ct, pt, ſt, gm, gn, pn, pſ, ſm,*

sm, sc, sp, sq, phth &c.) in medione separentur, sollen in der Mitte nicht getrennet werden / ut:

a-	*Chri-*	*o-*	*no-*	*di-*
ctus	*stus*	*mnis*	*ster*	*phthongus.*

V. Præpositiones separentur â dictione, cum quâ componuntur. Die Præpositiones müssen von dem Worte / mit welchem sie zusammen gesetzet sind / gantz abgebrochen werden / ut:

de	*re-*	*dis-*	*præter-*
spicio	*spondeo*	*traho.*	*eo.*

Voculæ quædam Germanicæ tam ratione *Scripturæ*, quàm *Significationis* differentes in gratiam puerorum e SCHOTTELIO excerptæ:

A.

der Aal anguilla. die Ahl (Schusterpfrieme) subula. all omnis, e.
das Aas cadaver. ich aß edebam.
auch etiam. das Aug oculus.
arg malus. die Arch arca.

B.

Baar (Todtenbaar) feretrum. baar (baares Fusses) nudus. er gebahr pariebat. bar (terminatio) ehrbar / achtbar.
das Bad balneum. er bat rogabat.
besehen explorare. besäen seminare.
bescheeren tondére. bescheren donare.

die Beul tuber. das Beil securis.
beten precari. betten sternere lectum.
der Biß morsus. biß donec. biß es *vel* sis.
bitten petere. bieten offerre.
ein Bitter petitor. bitter amarus.
blaß pallidus. blas fla. die Blase Vesica.
der Brand incendium. er brante urebat.
das Buch liber. das Buch (die Büchenmast) fructus fagi. der Bug armus. ich buch coquebam.
der Bund fœdus. bunt versiculor. (buntes Kleid.)

D.

daß ut, quod. das hoc, illud.
dauchte videbatur. tauchte mergebam.
dehnen extendere. denen illis. Dänen Danis.
denn nam, quia. den eum, illum.
dir tibi. das Thier fera. die Thür janua.

E.

die Ehre honor. Aehre arista.
ein ander invicem. ein ander alius.
eigen proprius. Eichen querneus, quernus.
der Eiter pus. das Enter uber.
endlich tandem. endelich festinanter.
Euer vester. Eyer ova.

F.

der Fehl hallucinatio. das Fell pellis.

feil

feil venalis. die Feile lima. Fäule putredo.
das Feld campus. er fällt cadit.
der Fluch maledictio. der Flug volatus.
Pflug aratrum.
fliegen volare. fliehen fugere. Fliegen muscæ.
pflügen arare.
das Füllen pullus equi. füllen implere.
sie fühlen sentiunt. sie fielen cadebant.
führ vehe. für pro. Vor ante, coràm.

G.

die Gans anser. gantz totus.
der Geisel obses. die Geissel flagrum.
gelehrt doctus. geleert evacuatus.
das Geleit comitatus. das Geläut campanarum sonus.
das Gericht judicium. das Gerichte ferculum. das Gerücht rumor.
das Gewand pannus. gewandt versus.
ein Grab sepulcrum. ein Grabe fossa.

H.

die Haabe facultates. ich habe habeo. die Handhabe ansa.
das Haar crinis. harr exspecta.
der Haas lepus. der Haß odium.
hell clarus, serenus. die Hölle infernus.
die Höle spelunca.

heil sanus heilsam sanabiles. das Heyl salus. heylsam salubris.
der Held heros. hält tenet.
der Herd focus. die Heerd grex. die Härte durities.
das Heer exercitus. Herr Dominus. her huc.
heut hodie. die Häut pelles.
der Hof aula. hoff spera.
der Huht pileus. die Hut custodia.

J.

jähnen oscitare. jenen illum, ipsum.
jener ille. Jenner Januarius.
ihr vos. irr erra.
ist est. isst (isset) edit.

K.

der Kamm pecten. kam veniebat.
kan possum. der Kahn linter. die Kanne. Cantharus.
kennen nôsse. können posse.
die Keule clava. der Keil cuneus.
der Kien tæda. das Kinn mentum. kühn audax.
kindlich filialis. kündlich manifestus.
der Kohl olus. die Kohle carbo.
kriegen bellare. krigen accipere. kriechen serpere.
der Kuche placenta. die Küche culina.
das Küssen pulvinar. küssen oscularі.

L. lahm

L.

lahm claudus. das Lamm agnus.
die Last onus. lasst (lasset) finite.
laut clarè. der Laut sonus. die Laute Chelys.
leeren evacuare. lehren docere.
leer vacuus. die Lehre doctrina.
leider proh! die Leiter scala.
leise lentè, pedetentim. die Läuse pediculi
die Leute homines. ich leute pulso campanam. ich leite duco.
die Leuchte lucerna. leicht facilis.
liegen jacere. lügen mentiri.
das Licht lumen. er liegt jacet.
loben laudare. loben indicare.

M.

die Macht potestas. die Magd ancilla.
der Mann vir. das Mann Manna. Man/man sagt verbum impersonale.
die Marder martes. die Marter martyrium.
die Mandel amygdala. der Mantel pallium.
das Meer mare. mehr plus. die Mähr fabula.
meynen putare. meinen meis.
die Meise parus. Mäuse mures.

N.

die Nacht nox. nagt (naget) rodit.
der Nahm nomen. ich nahm accipiebam.
der Nebel nebula. die Näbel umbilici.

O.

oder sive. die Oder Odera fluvius.
der Ofen fornax. offen quod patet.

Q.

qvellen scaturire. qvählen cruciare.

R.

das Rad rota. der Raht Senatus, Consiliarius, Consilium.
rauben prædari. Raupen erucæ.
der Regen pluvia. sich regen movere.
reiff maturus. der Reif pruina.
das Reich regnum. reich dives. reiche porrige.
Reiber tritor. Räuber prædator.
der Rhein Rhenus. rein purus.
ich reisse rapio. ich reise iter facio.
der Reiß Oryza. das Reiß surculus.
die Rinde cortex. das Rind bos.

S.

die Saat seges. satt satur.
samt una, simul. Sammt (Sammet) villosa purpura.
ich sang canebam. ich sanck subsidebam.
das Schaf ovis. schaff crea.
die Sache res. die Sage rumor. die Säge serra.
scheel limus. ich schele decortico. die Schelle nola.

ich

ich scheine radio. die Scheune horreum.
der Schild Clypeus. er schilt increpat.
schlägt verberat. schlecht vilis, simplex.
Schnäher irrisor. das Schmeer adeps.
der Schoos gremium. der Schoß vectigal.
ich schoß jaculabar.
Schuldherr Creditor. Schuldner Debitor.
Schwager affinis. Schwieger socrus.
Schwäher socer.
die Seite latus. die Säite Chorda. Seide
sericum.
ich sehe video. ich säe semino. der See
stagnum.
sein suus. seyn esse.
ich setze colloco. die Sätze theses, positiones.
ich seige colo. sauge lacteo, sugo. Seuge
lactat, lacto infantem.
(die Mutter säuget / das Kind sauget. Mater,
infans sugit.)
ich seume moror. die Säume fimbriæ, oræ.
sieben septem. sieben cribrare.
der Sieg victoria. siech languidus. sich se.
sieghafft victoriosus. siechhafft languidus.
der Sold stipendium. solt debes.
ich spiele ludo. spüle colluo.
die Stadt urbs. an stat loco. der Staat
status.

der

der Stall ſtabulum. ich ſtahl furabar. das Staal Chalybs.

T.

tauchen mergere. taugen valére.
der Teich piſcina. Teig maſſa.
der Tod mors. todt mortuus.
der Tohr ſtultus. das Thor porta.

V. U.

verheeren evertere. verehren donare.
viel multum. fiel cadebat.
umbringen occidere. umringen circumdare.

W.

wagen audere. der Wagen currus. wachen vigilare.
das Wachs cera. wags (wag es) aude.
die Wahl electio. der Wall vallum.
ward fiebat. wart exſpecta. die Warte ſpecula.
wegen propter. in wegen viis. wägen librare.
weichen mollire. weichen cedere.
die Welle fluctus. die Wälle valla. wölle velit.
wahr verus. die Waar merx. war erat.
warhafftig verax. währhafftig durabilis. wehrhafftig ſtrenuus.
ich währe duro. ich wehre prohibeo. wäre eſſem.

die

die Wehre gladius. wer quis?
der Weg via. weg præpositio. (weggehen/ wegthun.)
weise sapiens. die Weise modus. Wäyse orphänus.
die Weide salix. Weyde pascua. Weite amplitudo.
ich weiß scio. weiß albus.
wenn cum, quando. wen quem. wem cui.
ich wende verto. Wände parietis.
der Wirth hospes. wird fit (erit.)
die Wiese pratum. ich wiese monstrabam.
wild ferus. du wilt vis.
wol benè. die Wolle lana.
wüllen laneus. Willen voluntatem. wühlen vastare.
die Würde dignitas. er würde fieret.

Z.

Zähren lachrymæ. zehren absumere. zerren discerpere.
zehn (zehen) decem. Zähn (Zähne) dentes.
zeugen testari. zeigen monstrare. zeugen (verschaffen) sibi comparare.
Ziegel tegula. Zügel habena.
ziehen trahere. zeigen arguere.
das Zinn Stannum. die Zinn pinnaculum.
die Zucht disciplina. die Sucht morbositas.

zu-

zusagen promittere. zu sagen.
(Das ist schändlich zu sagen / nicht halten das Zusagen. Turpe dictu, non servare promissa.)
der Zwerg nanus. zwerch transversus.
zween (zwene) zwo / zwey.
zwene Männer / zwo Frauen / zwey Häuser.

FARRAGO VOCUM ET PHRASIUM, in quibus declinandis & conjungandis pueri quotidiè exercendi sunt.

Declinentur horis matutinis.

I.

Diversa Substantiva.

Pater & filius.	Præceptor & discipulus.
Dominus & servus.	Maritus & uxor.
Tutor & pupillus.	Dux & miles.
Dies & nox.	Lux & tenebræ.
Terra & mare.	Virtus & vitium.
Pax & bellum.	Vita & mors.
Manus & pes.	Fama & fides.
Labor & periculum.	Ingenium & ars.
Consilium & auctoritas.	Cibus ac potio.
Ignis & aqua.	Laus & gloria.
Magistratus & lex.	Casus & fortuna.

II. Ad-

II.

Adjectiva cum Substantivis.

1.	Terra fœcunda.	Puella formosa.
	Castissima fœmina.	Stella lucida.
	Gemma pretiosa.	Fortuna secunda, adversa.
	Nova tunica.	Fera bestia.
	Aqua pura.	Columba alba.
2.	Agricola industrius.	Conviva jucundus.
	Nauta peritus.	Auriga timidus.
	Cometa magnus.	Poëta doctissimus.
	Pius Æneas.	Fidus Achates.
	Scriba gratiosus.	Scurra pessimus.
3.	DEus æternus.	Humerus sinister.
	Annulus aureus.	Puer probus.
	Humerus dexter.	Amicus benevolus.
	Liber inauratus.	Gener probus.
	Animus liber.	Hortus amœnus.
	Filius unicus.	Miser mendicus.
4.	Auxilium divinum.	Consilium optimum.
	Ingenium bonum.	Bellum dubium.
	Peccatum magnum.	Supplicium parvum.
	Gaudium magnum.	Convivium gratum.
5.	Ars facilis.	Ars difficilis.
	Homo sapiens.	Canis mordax.
	Fons dulcis.	Vetus hospes.
	Præceptor fidelis.	Consul prudens.
6.	Vehemens.	Lætitia recens.

Lex

Lex æqua. Achilles fortis.
Brevis epitome. Terra fertilis.
Vulpes astuta. Nubes atra.
7. Labor assiduus. Animus fortis.
Pater charissimus. Morbus gravis.
Flos aureus. Discipulus gratus.
Caupo avarus. Aries cornutus.
Artifex egregius. Homo satur.
Civis turbulentus. Hospes jucundus.
8. Certamen magnum & difficile.
Corpus sanum & agile.
Corpus debile & infirmum.
Facinus magnum & memorabile.
Iter difficile & periculosum.
9. *Adventus gratissimus. Adspectus jucundus.*
Casus dubius. Aditus angustus.
Apparatus magnificus. Arcus cœlestis.
Cœtus Scholasticus. Conatus magnus.
Cultus divinus. Cursus celer.
Manus dextra, leva. Domus ampla.
Magistratus amplissimus. Exercitus maximus.
10. *Dies festus. Dies hodierna. Dies crastina.*
Facies egregia. Spes bona. Res pulchra.
Res tristis. Canicies veneranda. Glacies liquefacta.
Bonus & eruditus adolescens, ein frommer und gelehrter Knab.

Vir

Vir bonus & optimè de Republicâ ſentiens, der fromm iſt und dem gemeinen Nutz günſtig.
Vir cùm bonus, tùm perhumanus, ein frommer und freundlicher Mann.
Homo valdè acutus & multum providens, ein ſcharffſinniger und vorſichtiger Menſch.
Homo permodeſtus & bonæ frugi, ein ſtiller und frommer Menſch.

III.

Subſtantivum cum Subſtantivo.

Autor ſceleris.	Magiſtratus urbis.
Oſor literarum.	Comitatus ancillarum.
Comes fugæ.	Cognitio naturæ.
Vindex flagitiorum.	Cultor virtutis.
Dux belli.	Pars urbis.
Velocitas pedum.	Poſſeſſio bonorum.
Punctum temporis.	Grex ancillarum.

Terræ filius, unbekandt.
Fortunæ filius, glückhafftig.
Albæ gallinæ filius, der zu einer glückſeligen Stunde gebohren iſt.

Princeps urbis.	Dies ludorum.
Cauſa belli.	Servator patriæ.
Proditor patriæ.	Studium Philoſophiæ.
Tranquillitas animi.	Spes libertatis, &c.

Anguſtia loci, ein enger Ort.

Alumnus meæ disciplinæ, der / den ich gelehret habe.

Anfractus littorum flexuosus, ein krumes Ufer.

Apta compositio membrorum, wohlgestalte Glieder.

Acerrimus propugnator communis libertatis.

Spectatum satis & magnum exemplum continentiæ.

IV.

Substantiva cum Adjectivo laudis & vituperii.

Adolescens optimæ spei, von dem viel zu hoffen ist.

Eximiâ spe adolescens.

Juvenis præclarâ indole, admirabilique constantiâ, der sich wol anläßt / und sehr standhafft ist.

Vir singulari magnitudine animi, der einen grossen Muht hat.

Homo multâ doctrina & plurimo rerum usu, ein gelehrter und erfahrner Mann.

Civis benevolentiâ & fide erga Rempublicam singulari, der dem gemeinen Nutz wol gewogen und treu ist.

Summa auctoritate homo, ein ansehnlicher Mensch.

Hospes non multi cibi, sed multi joci.

Tigris animal velocitatis tremendæ.

V. Ad-

V.

Adjectiva cum casibus obliquis.

1. *Homo peritus rerum & exemplorum, & omnis vetustatis*, der viel weiß / gelesen oder erfahren hat.

Vir studiosus partium & defensor bonarum, der den Frommen beystehet und sich nicht verführen lässet.

Juvenis summè omnium doctrinarum studiosus, der sich allerley Kunst befleißiget.

Vir appetens alieni, der andere Leute Gut an sich zeucht.

Homo cæcus futuri, der das Künftige nicht weiß.

Homo studiosus perditarum rerum & partium, der sich zu losen Leuten hält / und böser Händel sich befleißiget.

Homo amens animi, ein toller Mensch.

Philosophus cupidus veritatis.

Juvenis peritus (imperitus) juris.

Puer metuens legum, virgæ.

Miles sciens locorum, belli, pugnæ, citharæ.

Corpus impatiens frigŏris, inediæ, laboris.

Mens præsága mali.

Homo insvétus laboris, contumeliæ, der Arbeit ungewohnet.

2. *Alter fratrum. Neuter fratrum. Uter vestrûm. Unus vestrûm. Uterque vestrûm. Nemo vestrûm.*

Pauci veſtrûm. Nemo noſtrûm. Major juvenum.
Decimus quisq; militum. Aliquis noſtrûm trium.
Saturnus altiſſimus Planetarum.
Luna infima Planetarum.
Leo fortiſſimus animalium.
Demoſthĕnes ſummus Oratorum Græciæ.
Omnium non bipedum ſolùm, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus.
Ægyptus omnium regionum calidiſſima.
Plato totius Græciæ facilè doctiſſimus.
Cicero eloquentiſſimus Oratorum.
Salŏmon ſapientiſſimus omnium hominum.
Scævŏla Jurisperitorum eloquentiſſimus, & eloquentium Jurisperitiſſimus.
Homo noſtræ ætatis diſertiſſimus, Ornatiſſimus, noſtræ Civitatis.
Vir totius Germaniæ facilè conſtantiſſimus.
Diſcipulus totius cœtûs ſcholaſtici facilè peſſimus.
2. Diſcipulus obediens Præceptori.
Hora matutina ſtudiis aptiſſima.
Homo inimicus otio.
Homo pereruditus & deditus Græcis literis.
Conſilium utrique noſtrûm ſalutare.
Mors omni ætati communis.
Pax omnibus bonis optabilis.
Homo utilis ſibi perniciosus patriæ.
Conſilium exitioſum Reipublicæ.

Res

Res salutaris hominum generi.
Labor mihi facilis, tibi difficilis.
Uxor marito superstes.
Sententia saluberrima Reipublicæ.
Liberi patri superstites
Herba utilis vulneribus.
Vir obnoxius uxori.
Herba noxia oculis.
Verecundia viro egéno inutilis.
Mors vitæ consentanea.
Homo amicus, benevolus, fidelis populo Romano.
Thais nobis vicina.
Quies amica omnibus, lieb.
Turnus nulli veterum virtute secundus.
Puer audiens dicto patris.
(Sic Æmil. Prob. in Datame, cap. 2. Is *Regis* dicto audiens non erat. Ubi Clariss. Dn. Bœcklerus legendum putat *Regi*, & sphalma esse typographicum.)
Filius patri similis.
Munus mihi gratum.
Cibus utilis ægro.
Domus apta mihi.
4. Fossa sex cubitos alta.
Umbra quatuor pedes longa.
Fossa denos pedes lata.
Mensis triginta dies longus.

Baculus duos cubitos longus.
Arbor crassa duos pedes.
Caulis unum palmum altus.
Agger latus centum pedes.
Liber crassus tres digitos.

5. *Juvenis studiis literarum doctrinâque praeditus*, geschickt und gelehrt.
Juvenis omni liberali doctrina politissimus, der mit allen Künsten gezieret ist.
Filius natu grandior.
Miles lætus victoria Ducis.
Consul autoritate gravis.
Filius major natu. Minor natu. Maximus natu.
Annus infamis clade.
Jurisconsultus causis agendis clarus, der die Sachen wol führen kan.
Æneas famâ super æthera notus.
Vir clarus genere & divitiis.
Pugil superbus viribus, der auff seine Kräffte trotzet.
Adolescens æger amore, der Kranck von Leibe ist.
Postis auro superbus, gezieret.
Animus defatigatus multitudine laborum.
Miles tardus vulnere, der hincket wegen der Wunden.
Arbor afflicta senio, ein alter Baum.
Homo afflictus calamitate, ein geplageter Mensch.

Vir

Vir cæcus amore auri, blind für Geitz.
Adoleſcens materno ortu generoſus, edel von der Mutter.
Miles armatus audaciâ, ein kühner Krieges-
Vir natione Germanus. (Mann.
6. *Dolor opinione hominum major.*
Homo triſtior ſolito, æquo, juſto.
Conſilium luce clarius.
Puer Doctior viro.
Mulier prudentior viro.
Virtus auro formoſior.
Puer major me quatuor annis.
Mors turpior vitâ.
Res melior auro.
Res libertate pretioſior.
7. Plenus: *Canthărus plenus vini, vel vine.*
Literæ plenæ conſilii & humanitatis.
Anus plena fraudis.
Res plena timoris.
Sermo plenus arrogantiæ.
Sacc̆ulus plenus aranearum, ein lediger Beutel.
Fluvius plenus piſcium.
Portus pleniſſimus navium.
Domus plena ornamentis.
Homo plenus fide & diligentiâ.
Stagnum plenum piſcibus.
Nox plena timoribus.

Vir plenus annis, plenus honoribus.
Refertus: *Insula referta divitiis.*
Literæ refertæ omni officio.
Mare refertum prædonum.
Urbs referta sceleratissimorum hominum.
Domus referta doctissimis hominibus.
Onustus: *Asinus auro onustus. Navis frumentis onusta.*
Miles onustus prædâ, vulneribus, vino.
Largus: *Vir largus opum.*
Vacuus: *Homo vacuus curis, molestiis, pecunia, metu.*
Gladius vaginâ vacuus.
Caput vacuum cerebro.
Ager frugum vacuus.
Inanis: *Ager inanis aratoribus.*
Nudus: *Urbs nuda præsidio.*
Orbus: *Virgo orba patre. Mater orba natis.*
Vir orbus auxiliis. Senex orbus luminibus.
Cassus: *Virgo grandis dote cassa.*
Captus: *Homo captus mente, auribus, oculis.*
Dives: *Terra dives virorum.*
Respublica, bonis exemplis dives.
Vir dives positis in fœnore nummis.
Opulentus: *Templum donis opulentum.*
Inops: *Homo inops amicorum, inops omnium rerum, inops auxilii, consilii.*

5. *Miles*

5. *Miles indignus præmio.*
Civis indignus Consulatu.
Discipulus indignus responsione.
Causa tenuis, nec scriptione magnoperè digna.
Mulier digna contumeliâ.
Homo pristino dignus.
Res indigna commemoratione.

VI.

Adjectiva cum Præpositione & casu.

Homo in re suâ parùm diligens, der in seinen Sachen unachtsahm ist.
Homo diligens in rebus novis perquirendis, der sich neuer Zeitungen befleißiget.
Homo in omni genere & scelerum & flagitiorum volutatus, der allerley Schalckheit und Schande getrieben hat.
Locus ab omni turbâ vacuus.
Oppidum vacuum à bello.
Respublica nuda à Magistratibus.
Vir non hebes ad id, quod melius est, intelligendum, der da wol mercken kan/ was besser ist.
Calceus habilis & aptus ad pedem.
Campus ad solem pronus, apricus.
Pronus ad meridiem locus, gegen Mittag.
Puer ad omne nefas pronus, geneigt zu allen bösen.
Senex ad rem attentus, geitziger.

Locus aptus ad insidias.
Remedium ad lateris dolores utile.
Res ad colendos agros necessaria.
Civis ad seditionem paratus, ad vim promtus.
Homo expeditus ad cædem.
Miles ad prædam paratus, instructus, ad perni-
Filius gratus, ingratus in Parentes. (*ciem.*
Judex propensus ad lenitatẽ, ad misericordiam.
Exercitus ad laborem insolitus, der Arbeit nicht gewohnet.
Corpus insvetum ad portanda onera.

Horis pomeridianis conjugentur.

I.

Verbum SUM, & reliqua utrinque Nominativum habentia.

Ego sum bonus, diligens, miser, doctus, felix.
Ego sum Orator, Poëta, Consul, Judex, Quæstor.
Ego sum ingenio bono, hebeti, tardo.
Ego sum firmo corpore, animo perculso & abjecto.
Ego sum singulari fato, forti animo.
Ego sum pallido colore, staturâ eminenti.
Ego sum mirâ alacritate, singulari innocentiâ.
Ego sum puer ingenui vultus.
Ego non sum hospes multi cibi, sed multi joci.
Ego sum memor acceptorum beneficiorum.
Ego sum florentissimus civitatis.

Ego

Ego sum studiosus omnium doctrinarum.
Ego sum similis majorum meorum.
Ego non sua reus cædis, furti, sceleris.
Ego sum lætus donis, gloria clarus, lassus cursu.
Ego sum doctior opinione hominum.
Ego sum plenus rimarum, hâc itaque illâc perfluo.
Ego sum domi, Lubecæ, in Schola, in templo.
Sum tibi propter communia studia amicissimus, ich bin dir lieb darumb/ daß wir einerley fürhaben.
Sum studiosus tui, ich habe gern deine Kundschafft
Sum tui amentissimus, ich habe dich sehr lieb.
Sum tui observantissimus, ich halte dich in grossen Ehren.
Sum attentior ad rem, quàm par est.
Sum dicto audiens, ich bin gehorsam.
Ego huic causæ patronus existo, ich bin dieser Sachen Fürsprecher. (das.
Ego existo tibi auctor ad hanc rem, ich rahte dir
Sum in tuis familiarissimus, ich bin deiner besten Freunde einer.

Ego salutor poëta. *Ego habeor nobilis.*
Ego appellor pater patriæ. *Ego dicor justus.*
Ego existimor dives. *Ego vocor Johannes.*
Ego creor Doctor. *Ego evádo doctus.*
Ego designor Consul. *Ego numeror ultimus.*
Ego judicor hostis à Senatu. *Ego putor vir bonus.*

Ru-

Rudis videor in hac causâ, man meynet / ich verstehe die Sache nicht.
Ego jacĕo pronus.
Ego redeo salvus, iratus, mœstus, ægrotus.
Ego dormio secúrus.
Ego incédo sordidatus.
Ego venio imparatus in scholam.
Ego vivo cælebs.
Ego facio hoc invitus.
Venio charus omnibus & exspectatus.
Ego doceo sedens. Ego oro stans. Salto sobrius.
Ego proficiscor incomitatus, ich reise über Feld ohne Gesellschafft.
Eo cubitum incœnatus, ich gehe ungessen zu Bette.

II

Verba cum Accusativo.

1. *Amo literas*, ich liebe die Freyen Künste.
Aro terram, ich pflüge das Erdreich.
Aro littus, ich treibe verlohrne Arbeit.
Agito feras, ich jage.
Agito conviva, ich halte Bastarey.
Apello debitorem, ich mahne den Schuldiger.
Abdico filium, ich enterbe den Sohn.
Affecto regnum, ich stehe nach dem Reich.
Abjuro creditum, ich schwere / daß ich nicht schuldig bin.

Ador-

Adorno bellum, ich rüste mich zum Kriege.
Adorno nuptias, ich schicke mich zur Hochzeit.
Adoro DEum, ich bete GOtt an.
Capto consilium, ich rahtschlage.
Capto occasionem, ich trachte auff Gelegenheit.
Capto benevolentiam, ich stehe nach Gunst.
Castigo puerum, ich straffe den Knaben.
Celebro diem natalem, ich halte den Gebuhrts-Tag.
Celo arcana, ich verschweige heimliche Dinge.
Concito risum, ich mache ein Gelächer.
Concinno uxorem lacrymantem, ich mache das Weib weinen.
Culpo hoc facinus, ich schelte diese That.
Curo valetudinem, ich habe meine Gesundheit in acht.
Curo cuticulã, ich pflege und warte meiner wol.
Corrúgo frontem, ich mache Runtzeln vor der Stirn.
Declino certamen, ich wil nicht streiten.
Damno reos, ich verdamme die Beklagten.
Deformo genus meum, ich bin meinem Geschlecht eine Unehre.
Dilapido bona mea, ich verzehre mein Gut.
Excito clamorem, ich mache ein Geschrey.
Educo filium, ich ziehe einen Sohn auff.
Exhálo crapulam, ich verdäue und schlaffe den Rausch aus.

Ex-

Exhalo animam, ich sterbe.
Emendo vitam, ich bessere das Leben.
Elimino dicta, ich schwatze aus.
Expugno urbem, ich erobere eine Stadt mit Gewalt.
Exspecto literas, ich erwarte Brieffe.
Firmo, *confirmo animum*, ich fasse ein Hertz.
Formo, *informo juventutem*, ich lehre die Jugend
Formido verbera, ich fürchte mich für Schlägen
Freno iram, ich zwinge den Zorn.
Frequento Scholam, ich gehe fleißig in die Schule.
Guberno Rempublicam, ich verwalte das Regiment.
Gusto aquam, ich koste das Wasser.
Honoro Magistratum, ich ehre die Obrigkeit.
Inchoo multa, sed nihil perficio, ich fahe wol viel Dinge an / aber ich bringe keines zum Ende.
Intro domum, ich gehe ins Hauß.
Intero dicta, ich wiederhole / was gesagt ist.
Jugulo pecudes, ich tödte Vieh / *homines*, Menschen.
Lacero capillos, ich zerreisse die Haar.
Lacero rem meam, ich verthue mein Guth.
Lanio tunicam, *corpus*, ich zerreisse den Rock / den Leib.
Laudo virtutem, ich lobe die Tugend.
Libero fidem meam, ich komme meine Zusage nach.

Ligo vulnera, ich verbinde die Wunden.
Loco castra, ich schlage ein Lager.
Loco filiam, ich verheyrathe meine Tochter.
Lustro exercitum, ich mustere.
Mendico cibum, ich bettele Brodt.
Muto sententiam, ich verändere meine Meynung.
Muto vestes, calceos, ich ziehe andere Kleider/ Schuh an.
Narro historiam, ich erzehle eine Historie.
Nudo corpus, ich entblösse den Leib.
Nudo gladium, ich ziehe die Wehr aus.
Nuncio mera monstra, ich sage wunderliche Dinge.
Occupo urbem, ich nehme eine Stadt ein.
Orno convivium, ich richte eine Gasterey an.
Orno causam, ich bin ein Vorsprach.
Oppugno urbem, ich stürme eine Stadt.
Obsero januam, ich verschliesse die Thür.
Obsigno epistolam, ich versiegle den Brieff.
Observo patrem, ich ehre den Vater.
Observo domum, ich bewahre das Hauß.
Paro bellum, ich rüste mich zum Krieg.
Paro fugam, ich rüste mich zur Flucht.
Patro facinus atrox, ich begehe eine Ubelthat.
Placo patrem, ich versühne den Vater.
Porto onus, ich trage eine Last.

Pro-

Profligo hostes, ich schlage den Feind in die flucht.
Probo factum, ich sage / daß es noch wol gethan
Puto vitem, ich beschneide den Weinstock. (ist.
Recito lectionum, ich sage meine Lection auff.
Rogo DEum, ich bitte GOtt.
Repudio uxorem, ich scheide mich von meiner Frauen.
Repudio gratiam tuam, ich verachte deine Gunst.
Refero secreta, ich offenbahre heimliche Dinge.
